Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1007
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ipsas significant, Res ergo aliae sunt quibus fruendum est aliae quibus
utendum. Aliae quae fruuntur et utuntur, Illae quibus fruendum est nos
beatos faciunt. His quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiu
uamur. Et quasi adminiculamur. Ut ad illas quae nos beatos faciunt peuenire
atque his inhaerere possimus. Nos uero qui fruimur et utimur. Interu
trasque constituti sicut quibus utendum est frui uoluerimus. Impedimur
sus nostri. Et aliquando etiam deflectimur. ut a his rebus quibus fru
endum est obtinendis. Uel retardemur. uel etiam reuocemur. Inferiorum amore
prepedimur. frui enim amore inhaerere alicui rei propter seipsam. Ut iam
qd inusum uenerit ad id qd amas obtinendum referre. sicut enim amandum est.
Usus inlicitus abusus potius uel abusio nominandus est. Quomodo ergo
sic essemus peregrini qui beate uiuere nisi in patria non possemus. Eaq;
perigrinatione utique miseri & miseriam finire cupiemus. In patriam re
dire uellemus. Opus esset uel terrestribus uel marinis uehiculis quibus
utendum esset. ut ad patriam quasi fruendum erat puenire ualeremus. Quod si
amoenitate uiuendi ipsa gestatio uehiculorum nos delectaret. Conuersi
ad fruendum his quibus utendebamus. nollemus uiae cursu finire & puersa
suauitate implicati alienaremur a patria cuius suauitas faceret beatos. Sic in hac mortalitate ut a peregrinantes ad no. Sic redire in patria
uolumus. ubi beatiores esse possimus. Utendum est hoc mundo non fruendum.
ut inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciamur. hoc est de cor
poralibus temporalibus que rebus. de eterna et spiritalia capiamus.
Res igitur quibus fruendum est. pater et filius et spiritus sanctus eadem que trinitas.
una quae dicitur summa res. communis que omnibus fruentibus ea. Sicut enim
res. et non rerum omnium causa. sicut enim & causa. Non enim secundum
nomen quod tantae excellentiae conueniat inuenire potest. Nisi quod me
luit tradere trinitas haec. unus deus ex quo omnia. per quem omnia. In quo om
nia. Itaque pater et filius ac spiritus sanctus. & singulus quisque horum deus. & simul omnes
unus deus. & singulus quisque horum plena substantia. & simul omnes una
substantia. pater nec filius est nec spiritus sanctus. filius. nec pater nec spiritus sanctus. nec pater nec filius.

Qsi fruimur

pater et filius et spiritus sanctus